

Die indirekte Rede (oratio obliqua) - Latein

1. Alle Aussagesätze der direkten Rede erscheinen in der indirekten Rede im

A c I.



2. Alle Nebensätze in der indirekten Rede stehen im Konjunktiv.

3. Alle Aufforderungssätze der direkten Rede werden in der indirekten Rede durch den Konjunktiv ausgedrückt.

Orgetorix dixit: „Perfacile est totius Galliae imperio potiri.“

Perfacile esse totius Galliae imperio potiri.

Die indirekte Rede (oratio obliqua) - Deutsch

Mit Hilfe der indirekten Rede werden Äußerungen anderer Personen oder Stellen aus einem Text wiedergegeben, also nicht wörtlich zitiert.

In der indirekten Rede wird der **Konjunktiv I** verwendet.

(Der Indikativ kann nur in einigen Fällen benutzt werden, der Konjunktiv hingegen ist niemals falsch.)

- Birgit sagte mir, sie *müsse* heute zu Hause bleiben.

Wenn die Formen des **Konjunktivs I** von den Indikativformen nicht zu unterscheiden sind – und nur dann, benutzt man in der indirekten Rede die Formen des **Konjunktivs II**.

- Sie sagten, sie hätten ihm geholfen (*nicht*: Sie sagten, sie ~~haben~~ ihm geholfen).

Beispiel zur indirekten Rede aus: Caesar, Bellum Gallicum

Der Helvetier Divico verhandelt mit Caesar. Zuvor hatte Caesar einen Teil (Gau) der Helvetier, der bei einer Flussüberquerung des gesamten Volkes der Helvetier den Fluss (Saône) noch nicht überschritten hatte, niedergemetzelt.

I 14: Is (Divico) ita cum Caesare egit:

si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset; sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Quod improvise unum pagum adortus esset, cum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret aut ipsos despiceret. Se ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent aut insidiis niterentur. Quare ne committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani et intereptione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.

auxilia:

constituere, stitui, stitum: ansiedeln / **perseverare**: bei etwas verharren, etwas fortsetzen / **reminisci** alicuius rei: an etwas zurückdenken / **incommodum**: Schaden, Niederlage / **pristinus**: ehemalig, alt / **Quod**: Was das angeht, dass / **improvise** (Adv.): unvermutet, überraschend / **pagus**: Gau / **suae virtuti magnopere tribuere**: auf seine Tüchtigkeit zu sehr pochen / **despicere**, spicio, spexi, spectrum: verachten / **dolus**: Täuschung; **committere, ut**: es dahin kommen lassen, dass / **internecio**: totale Niederlage / **memoriam prodere**: (die Erinnerung der Nachwelt) überliefern.

I 15: His Caesar ita respondit:

eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemorassent, memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo minus merito populi Romani accidissent. qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cavere; sed eo deceptum quod neque commissum a se intellexeret quare timeret, neque sine causa timendum putaret. quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posse? Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere. Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere. cum ea ita sint, tamen si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae polliceantur facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum.

Divico respondit: ita Helvetios a maioribus suis institutos esse uti obsides accipere, non dare consuerint; eius rei populum Romanum esse testem. Hoc responso dato discessit.

auxilia:

eo gravius ... quo minus: um so viel schwerer ... um wieviel weniger / **merito alicuius:** durch jemandes Schuld / **consciis:** wissend / **decipere:** täuschen / **contumelia:** Schmach, Beschimpfung / **eo invito:** gegen seinen Willen / **vexare:** quälen / **insolens, -ntis:** ungewöhnlich / **impunitas:** Straflosigkeit / **satisfacere alicui:** jemanden Genugtuung leisten; **instituere:** erziehen